

cum utroque casu, jure singulari seu militari Testari possit, *tex. in L. ex militari. 11. §. si miles. 1. de Testam. milit. Reusn. tr. de Codicillis. c. 5. n. 15.*

THE S. IX.

Personæ, quæ aliquid ex Codicillis vel ipsæ capere, vel aliis acquirere possunt, sunt omnes, cum quibus Testamenti factio esse intelligitur, (a) cæteræ prohibentur. (b)

(a) §. 4. *J. de her. qual. & diff. §. legari. 24 J. de legat. seu, ut cum Interpretibus loquar, quæ Testamenti factionem passivam habent, quamvis Testamentum aut Codicillos proprio nomine (nullo tamen facinore suo intestabiles redditæ) facere nequeant. Reusn. tr. de Cod. c. 6. n. 4. seq. utpote Filiusfamilias, Servus alienus, Postumus, Surdus, Mutus, Furiosus, Impubes, Infans, de quibus in l. filiusfamilias. 10. C. de petit. hered. l. 16. ff. de Testam. §. in extraneis 4. in f. J. de her. qual. & diff. & summam omnes, qui aut status conditione, aut Lege expressâ non prohibentur, l. verbis legis. 120. ibi: Verbis legis XII. Tab. his: uti legâssit suæ rei, ita jus esto, latissima potestas tributa videtur. & ibi: Sed id interpretatione coangustatum est, vel Legum, vel autoritate Jura constituentium.*

(b) Quales sunt **Deportati**, qui exuti omni patrimonio, *l. un. inf. C. de his qui se defer. quasi extra portam civitatis Romanæ, in alium, aliquem locum certum vel Insulam ablegantur, l. inter pœnas. 6. pr. de interd. & releg. ut reliquo orbe disclusi, ibi suorum delictorum pœnas luant, Harpr. ad §. 1 & 2. J. quib. mod. jus patr. pot. n. 3. unde ἀπόλιδες, seu qui jura civitatis perdiderunt, aut extorres cognominantur, l. 1. §. hi quibus. 2. in f. de leg. 3. l. sunt quidam. 17. §. 1. de pœn. mortuorumque loco habentur, l. 1. §. filium. 8. in f. de bon. poss. contr. tab. l. si necem. 4. §. si deportatus. 2. de bon. lib. l. Gallus. 29. §. & quid si tantum. 5. de lib. & postum. §. cum autem. 1. J. quib. mod. jus p. p. toll. Et hæc deportatio quæ & Insulæ vinculum, l. exilium. 5. in f. de interd. & releg. & adnotatio Insulæ vocatur, d. l. 1 §. deportatos. 3. ff. de leg. 1. succedit in locum aquæ & ignis interdictionis, l. rei capitalis. 2. §. 1. de pœnis. l. peculatus. 3. ff. ad L. Jul. Pecul. l. cognitionum. 5. §. ult. de extr. cogn. quæ de re videatur Harpr. d. l. n. 5. & seqq.*

Item **Servi pœnæ** de jure veteri, secus enim est de jure Novellarum, *Novell. 22. c. 8. & auth. Sed bodie. C. de don. inter vir. & ux. qui amisâ libertate*

tate